Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

. III .

ante se transeuntibus aduertit De exemplis
brutorum ad pacienciam inuitancium : . LV.

Consequenter tercio loco ad animalium bruto-
rum transeamus exempla Nam turpe et
vile contrarium ut bonum aliquid sit in
brutis quod in homine inueniri non possit. Nam
philosophus dicit quod virtutes omnes que in animalibus sunt disper-
se sunt in homine coniuncte. Plinius enim de ariete re-
citat dicere qui defensor ouium corio forciori
omnibus ceteris contra eius iniurias se defendit
Vnde Auicenna dicit quod arietes non se abscondunt
in hyeme propter frigus Sed de loco calido ad
frigidum quandoque exeunt nec pluuiam fugiunt
quousque moriantur. In quo paciencia superior
describitur quod nullos timet mortales [illegible]
Leo Rex animalium magnanimus esse ostenditur Nam ut
dicitur non fugit si uideri se credit quia potius in me-
dium campum uadit Vnde uideri ab omnibus possit
et iaculis canibus et sagittis se exponit. Si autem
percussus uel uulneratus fuerit mira obseruancia
illum attendit qui primo eum ferit et coram tanta
multitudine stat eum ante omnes inuadit Et sic per-
cutit ut percussus fuit. Et si is qui contra eum te-
lum misit non eum percussit uel non grauiter
lesus Leo ipsum inuadit sed in odium eum lepit.
Et lupus per omnia similiter facit. Quis leonem
uel lupum legem docuit talionis Si saltem hanc
legem omnes discerent a leone ut non plus alii
alios lederent quam ab aliis lesi essent quod minus
malum et tollerabilius homini esset. Sed crudelius
se habet homo quam leo quia pro modico verbo per-
cutit gladio et pro signo non solum vindicat uerbo
sed facto. Sed procedas ad animalia muta spon-
te hominibus subdita que pro nostro susceperunt onera
et cum magna paciencia portant ad loca de-
bita ad plus labor itinera annona modica sunt

148